



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

De accepto iustificationis incremento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, de que Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: si quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit; de suagratia formidare, & timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, segratiam Dei esse consecutum.

De acceptae iustificationis incremento.

C A P V T X.

c Psal. 83.  
infr. can.

24.

2. Cor. 4.  
in fin.

Coloss. 3.  
d Ro. 6.

e Apoc.  
vlt.

f Eccl. 18.

g Iac. 2. d

**S**ic ergo iustificati, & amici Dei, ac domesti-  
cifacti, & euntes de virtute in virtute, re-  
nouantur, ut Apostolus inquit, de die in diē:  
hoc est, mortificando membra carnis suæ, &  
d exhibendo ea arma iustitiae in sanctificatio-  
nem, per obseruationem mandatorum Dei, &  
Ecclesiæ, in ipsa iustitia per Christigratiam ac-  
cepta, cooperante fide, bonis operibus, crescunt,  
atque magis iustificantur, sicut scriptum est:  
**e** Qui iustus est, iustificetur adhuc, Et iterum:  
**f** Ne verearis usque ad mortem iustificari. Et  
rursus: **g** Videlis quoniam ex operib. iustifica-  
tur homo, & non ex fide tantum. Hoc verò iu-  
stitiae incrementum petit sancta Ecclesia, cum  
orat: Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis  
auementum.

De ob-